



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXXXIV. Confirmatio alternativæ Provincialatus, & quatuor Definitorum pro
Provinciis Calabriæ citerioris & ulterioris Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de
Monte Carmelo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

1733.
Obitancium
derogatio.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, Procuratori, & Assistentibus Generalibus praefatis, & aliis quibusvis Fratribus & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansurs, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam imprefis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem proposita fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si fore exhibita vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Februarii 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

LXXXIV.

Confirmatio Decreti, in nupero Capitulo Generali Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo editi, quo Provinciis Calabria citerioris & ulterioris conceditur alternativa Provincialatus, & quatuor Definitorum.

Dat. die 19.
Febr. 1733.
Pont. An. III.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis desuper Apostolicæ servitutis officio, votis illis, per quæ paci & quieti inter Christifideles quoslibet, præsternit sub suavi Religionis iugo, Altissimo famulantes, opportune confundit, libenter annuitus, atque favoribus prosequimur opportunis.

Decretum
de quo in Ru-
brica.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius modernus Prior Generalis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo Generali dicti Ordinis mensis Novembris anni 1731. in Alma Urbe nostra celebrato, statutum fuerit, ut in Provincia Calabria citerioris & ulterioris ejusdem Ordinis alternativa Provincialatus, quatuor Definitorum, & duorum Sociorum pro Capitulo Generali, pro majori quiete ipsius Provincie in duas distinctas, nempe Cusentini. & Cathacen. introduci deberet, ipse Prior Generalis alternativam hujusmodi a Nobis approbari & confirmari summopere desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti moderni Prioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annue volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentias, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latet, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effetum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti pariter filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis prædicti super præmissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, & rem

mature discusserunt, consilio, petitam alternativa confirmationem auctoritate nostra Apostolica concedimus; nempe ut in futuro triennio, computando a Capitulo Provinciali proxime celebrando, Provincialis sit ex parte Calabria citerioris cum duobus Definitoribus, & uno Socio pro Capitulo Generali ex eadem parte citeriori:

1733.

Reliqui vero duo Definidores, & alter Socius pro Capitulo Generali sint ex parte Calabria ulterioris, & Conventuum illi annexorum, ex qua pariter parte erit Socius Provincialis ad Provinciam visitandam; In subsequenti autem triennio Provincialis viceversa ex parte Calabria ulterioris cum duobus Definitoribus, & uno Socio pro Capitulo Generali eligatur: sed Socius Provincialis pro visitatione sit ex parte Calabria citerioris; & sic deinceps per turnum five alternativam perpetuo inviolabiliter servetur. Ceterum Priors locales imposterum ex illa parte, in qua Conventus existunt, elegantur five instituantur. Celebratio demum Capituli Provincialis, five Congregationis intermediæ in quocumque Conventu magis commodo, & a Prio Generali vel Provinciali juxta Ordinis Constitutiones designata fieri poterit: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas & efficaces existere, & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia pienissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiiri debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit intentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, Provincialium, & Conventuum dictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansurs, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Februarii 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Clauſule.

LXXXV.

Confirmatur Decretum Capituli Provincialis Provinçie Sancti Eusebii, seu Aquitanæ, Tertiæ Ordinis Sancti Francisci, circa Electionem Custodis pro Capitulo Generali.

Dat. die 27.
Febr. 1733.
Pont. An. III.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Confirmatur
& explica-
tur.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Commisarii Generalis, Provincialis, Custodis, quatuor Definitorum, Exprovincialis, Guardianorum, & Discretorum Provinçie Sancti Eusebii, seu Aquitanæ, Tertiæ Ordinis Sancti Francisci, pro Comitiis Provincialibus canonice & legitime congregatorum, Nobis expositum fuit, quod ipsi ad evitandas deinceps lites & dissensiones super Custodiari dicta Provinçie ediderunt Decretum tenoris sequentis, videlicet:

Preces pro
obtinenda
confirmatio-
ne Decreti.

Bullarii Rom. Contin. Pars VIII.

Z 2

§. 2. Ne